



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XIV. Ritter Johann Gans von Perleberg verbindet sich mit dem Grafen Helmold von Schwerin gegen jedermann, ausgenommen den Markgrafen Otto von Langen und seine übrigen Blutsverwandte, im Jahre 1292.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

penfionibus roborari fecimus in testimonium veritatis. Acta sunt hec Zwerin, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>, in vigilia Afcenfionis domini.

Nach Risch a. a. D. S. 24.

**XIV.** Ritter Johann Gans von Perleberg verbindet ſich mit dem Grafen Helmold von Schwerin gegen jedermann, ausgenommen den Markgrafen Otto den Langen und ſeine übrigen Blutsverwandte, im Jahre 1292.

Nos Johannes, miles, dictus Gans de parleberghe, omnibus prefencia vifuris uel auditoris volumus eſſe notum, quod nos cum nobili viro domino Helmoldo Comite Swerinenſi convenimus in hunc modum omnimode concordantes, videlicet quod nos vnum cum ipſo erimus et in omnibus iuſtis et rationalibus cauſis ſuis ipſi aſtabimus contra emulos ſuos et quolibet inuaſores, excepto inclito principe reuerendo nobis domino Ottone marchione Brandenburgenti longo et ceteris noſtris confanguineis, in quorum preiudicium cauſa huius ordinationis nichilum faciemus. Teſtes huius ordinationis ſunt Huno dictus de Carwe, Johannes huno, Arnoldus dictus de Beſwede, Milites, Guncelinus domicellus zwerinenſis, filius dicti comitis helmoldi et alii fide digni. In huius rei testimonium prefentes litteras ſigilli noſtri munimine roboramus. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. nonageſimo ſecundo, in die beati jacobi apoſtoli.

Nach dem im Großh. Mecklenburgſchen Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Originale. Vgl. die Ann. zur Urk. Nr. XII. und Bd. I, S. 297.

**XV.** Die Markgrafen Otto und Konrad verkaufen dem Biſchofe Johann von Havelberg das Dorf Blantekow, im Jahre 1293.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgentes et de Landspergh, omnibus in perpetuum. Succellu temporum perimunt geſta fidelium: quare decet et expedit, ut fulciantur teſtibus et teſtimoniis literarum. Hinc eſt quod uniuerſis Chriſti fidelibus, tam prefentis temporis quam futuri, volumus eſſe notum, quod nos de conſilio vaſallorum noſtrorum Venerabili in Chriſto Patri, domino Johanni Havelbergentiſ eccl ſie epifcopo, uendidimus villam Blantekow cum diſtinctionibus ſuis, lignis, agris, paſcuis et pratis et cum omnibus pertinentiis ſuis, ita ſicut dominus Hinricus de uelde eam hactenus diſcoſcitur poſſediſſe, ſine omni menſuratione, exactione et quolibet genere gravaminis, proprietatis tytulo in perpetuo poſſidendam, pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus uniuerſis, abrenunciantes omni iuri, quod habuimus in eadem. Pro dicta autem venditione dictę ville recepimus centum et quinquaginta marcis (marcas?) argenti Brandenburgentiſ, quod noſtris uſibus eſt conuerſum. Si autem aliquis in poſterum dictam uillam uellet impetere, nos et noſtri heredes dictum Dominum Epifcopum et ejus ſucceſſores tenebimur warandare. Vt autem hec noſtra uendicio et proprietatis donacio perpetuo perfeueret et permaneat inconuulſa, noſtris ſigillis roborari fecimus ad perpetuam rei memoriam prefens ſcriptum. Huius rei teſtes ſunt, Magiſter Johannes, quondam Decanus Stendalientiſ, Geuehardus prepoſitus havelbergentiſ, clerici, ac